Schurmanni.
Prid. Cal. Dec. 1666. d. Annae Mariae à Schurman
Constantinus Hugenius s.p.d.

Ecce me Bredâ reductum, Virgo Illustrissima, ad
quod iter cum ~~[illegible]~~ praecinctus stamus, Mola fuit
mirabilis operis Tabella, quam tu delendo scilicet
~~[illegible]~~ antiquo nomini, meam esse voluisti. ~~[illegible]~~
Illam in sententiam commoto vatis rotaeq, ut vides
et mei, sic ludebam:

Quam precibus lassata vetus, Schurmanna, dedisti,
Ultima posteritas admiratura Tabellam est.
Hoc deleto vocas? frustra es, mea Virgo; tuumq;
Tam bene delendo fecisti indelebile nomen.

Ut simul scias bene te de me, et quam plurimo
de tempore meritam esse. Gratulor proinde utriq;
nostrûm, et, quod ad te solam spectat, gratias
pro eleganti munusculo ago, quas referre malim,
maximas. Conabor autem vel invenire occasionem
vel nasci facere, quâ hoc officio cominus defungi possim,
atq; imprimis te precari ne memor ultra sis
molestiae quâ te ~~[illegible]~~ vexatam iri impendiis
exactor et pristinis moribus modumq; importunus.
Vale Virgo nobiliss.a et me tui gratissimum semper scribere
quamdiu hac aurâ vescimur. Hagae Com. prid. Cal.
Dec. CIↃIↃCLXVI.